



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

49. De viduis velatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque Burchard. lib.
misererit, ut in constitutis Gelasij Papæ cap. 8. c. 38.
xx. legitur, protinus æquum est à sacra com-
munione detrudi, & nisi per publicam proba-
tāmque pœnitentiam omnino non recipi. Si
tamen pœnituerit, transeuntibus de seculo
viaticum non negetur. In Chalcedonensi Con-
cilio cap. xvi. hoc perpetrantes excommuni-
centur. Confitentibus auctoritate Episcopi
misericordia largiatur. In epistola Papæ Siri-
cij cap. vi. velatae Deo consecratæ, si abjecto
proposito sanctitatis clanculūm sacrilega con-
tagione se miscuerint, vel de inlicitis comple-
xibus publicè & liberè procreaverint, has im-
pudicas detestabilésque personas à monaste-
riorum cœtu & Ecclesiarum conventibus eli-
minandas esse judicatum est; quatenus retru-
ſæ ergastulis, tantum facinus continua lamen-
tatione défleant. Unde verbo Domini & cano-
nica auctoritate in hac sancta synodo præcipi-
mus ut omnino separentur, & juramento col-
ligantur ulterius sub uno non cohabitare te-
sto, nec familiari frui colloquio, excepto in
Ecclesia & publico, aut pariter ullam habere
communionem unde suspicio inlecebroſi desi-
derij aut scandalum libidinosi facti justè possit
oriri. Si quæ etiam inter se dividenda sint, di-
vidant, & uterque sua provideat.

De viduis velatis. *Gelasij Papæ.*

X L I X. Viduas autem velare Pontificum Coacil Tri-
nullus attentet, (prout constitutum est in de- bur. c. 25.
cretis Gelasij cap. xxi.) quod nec auctori- Burchard. lib.
tas divina nec canonum forma præstituit. Quæ 8. c. 36.
Cc. iij

si propria voluntate continentiam professa,
(ut in ejusdem Gelasij cap. xx i. legitur) ejus
intentio pro se reddat rationem Deo; quia si-
cut, secundum Apostolum, si se continere non
poterat, nullatenus nubere verabatur, sic se-
cum habita deliberatione promissam fidem
pudicitiae Deo debet custodire. Qua auctorita-
te paternae suffulti sententiæ, in hoc sacro con-
ventu sancimus & liberè judicamus quod si
sponte velamen, quamvis non consecratum,
sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas ob-
lationem Deo obtulerit, velit nolit, sancti-
moniæ habitum ulterius habere debebit, licet
sacramento confirmare velit eo tenore & ra-
tione velamen sibi imponere ut iterum non
possit deponere.

Item de viduis velatis. *Ex Concilio
Africano capitulo lxxxix.*

L. Vidua quidem quæ sacrum capiti vela-
men imposuerit, & inter ceteras velatas fe-
minas in Ecclesia oraverit, & oblationem cum
illis obtulerit, professa est in eodem habitu
permanere, spondens nunquam religionis de-
ponere velamen, à religionis observantia dif-
cedere non præsumat. Optamus sanctitatem
vestram in Christo bene valere.

De viro contra voluntatem uxoris in mona-
sterium ingresso, & jam tonsoratus fuerit,
omnino reddendo. *Ex reg. par. 1. cap.
clxxx. ad Adrium Notarium Panormi.*

S. Gregor. lib.
2. Indict. 4.
epist. 44.

L I. Agathosa latrrix præsentium questa est
maritum suum contra voluntatem suam in